Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Trigesimo Virginis Gradibus. Cap. 9

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

De Trigeſimo Virginis Gradibus.

Cap. VIIII.

Fœmineum eſt Virgo ſignum, domus Mercurij, eiuſdemq; Mercurij exaltatio, naturæ eſt frigidæ ſiccæ, ſeu terreæ, tale Sol agreditur ſignum 22. Auguſti, graduumq; ibi ſiſtit 21. vſq; Septembris, cuius gradus indicantes ſunt ſequentes.

a

Primus iſtæ Virginis gradus aſcendens, homines nobiles, & honoribus decorandos maximis, ab omnibus, & præcipuè Regibus, & magnis Dominis amore proſequendos demonſtrat, ſi vero turbatis fuerint inſpecti gradus iſti oculis, erũt laſciuæ dediti, quare nomine induentur peſſimo, eorumque in aquis, conſimilibuſque locis recondetur mors, ſi vero benefice irradia-

diabuntur à Ioue, vel Venere, multo magis erunt potentes, vt ſupra diximus; Martialem connotant ſtellam.

Efficit gradus hic ſecundus homines pulchros, iucundos, aſpectuſque grati, vaticinatores optimos, & quaſi prophetas, Sacerdotes, multũ Dei amatores; veruntamen Iouem ſi habuerint, vel Venerẽ hi pręſentem gradus, vel cũ aſpectu benefico, magni prælati erunt, quãdoq; ex his duabu s ſortunis vna fuerit in prima, cum gradibus aſcẽdentis, alteraq; in nona, tanto magis certus homo erit prælatum euadendi; Saturni naturæ, & Veneris hi gradus ſuſcipiunt ſtellam.

3

Homines facit negotijs deditos, mercaturiſq; at ſi Iouis, vel Veneris ſubſtinuerint præſentiam, fortunatos; ideq; hæ duæ connotant fortunæ cum aſcendentis beneficis gradus irradiabunt oculis, ſi vero erunt infortunia per Quadratum, vel Oppoſitionem, aut Coniunctionem, magnopere reddentur homines infortunati; horum ſtella graduum eſt Martialis.

4

Vilis homines inclinat animi, & gracilis corporis, quare erunt cultores terræ, at cum Ioue, ac Venere; diuites ſi cum Marte, fortunati parum; Saturnus vero per tertium, vel ſextum, in ſeminando frumento, ſecunda fortuna fruentur; veruntamen ſi bonis, maliſq; carebunt aſpectibus, tantũ terras colent, Veneris ſequitur, & Saturni naturam illlorũ ſtella.

Sa-

5

Sacerdotes perfectos, & naturales Prophetas homines præſcribit, ſi vero gradus ipſi beneficos Iouis, & Veneris ſuſceperint aſpectus, vel ibi aliquis ad fuerit eorum, in omnibus tunc fortunati fuerint, veneratione, exiſtimationeq; magna reddêtur digni; Saturninæ, & *Venereæ* naturæ habent ſtellam.

6

Eaſdem hic gradus, ac quintus inclinationes ſuſcipit, ſi vero oculos receperit Saturni, vel Martis turbidos, aut eorũ ſubſtinuerint pręſentiam, fuerint in omnibus vani, mendaces, infortunijſq; pleni; Iouis imitatur, & Saturni hæc ſtella naturam.

7

Homines deuelat Sacerdotes, eo magis, ſi plena Luna, vel per præſentiam, aut Trinum, vel Sextilem, ſi vna ſimul cum Ioue reconditum habuerint Martem, magnos Dominos, & præcipue ſubditorum, magnos milites multaſq; ſuſcepturos eſſe victorias indicat; cum Mercurio, diuites multum, ac copioſos cumulabunt theſauros mercatoreſq; at Saturnus quoties talem occupauerit locum, erunt ſteriles, ſemper .n. cum Saturnus fuerit cum gradibus prædictis in aſcendente vbi hæc configurata eſt ſtella, Lutoties, penuria expectatur magna, ſi vero Luna in Iouis benefico erit radio, apud potentes homines amicitiam ſeruabunt, ſi Veneris, ſurnari, cumq; aſcendens ſpicam Virginis ſequitur, tunc erunt miſerabiles homines, mēdicique; Saturnina eſt illorum ſtella, & Veneris naturæ,

Ho-

8

Homines diuites nobiles, Deiq; timoroſos hic gradus ſuſcipit, maturam ætatem eorum attinget vita, maximiſq; afficientur conſolationibus, filiorum cauſa, dummodo ſuſceperint Iouem, erunt fortunati multum, ſi Saturnum infortunati; & miſeri, eorum ſtella naturæ Saturni, & Veneris eſt.

9

Homines inclinat ſcrimitores, & in armorum verſatos ludis, victoriamque in actionibus eorum omnibus recipient, quos ſi beneficus Iouis, vel Veneris perſpexerit oculus, apud Dominos magnos fortuna fruentur, idemq; denotant ſi cum gradibus aſcendentis, vel ſi cum Marte per Trinum, valeroſi, vel ſtrenues euadent milites Martialis eſt hæc ſtella.

10

Repræſentat homines vitioſos, malos, vituperoſos, latrones , & cupiditate multa plenos, omnibus ſecundũ eorum voluntatem aduerſabuntur ; Mars vero in gradibus illis , aut per diameturum, vel Oppoſitionem, cũ Mercurio , multo magis ſceleſtes, impioſq; euaſuros dicatis; ſtella eſt Martialis.

11

Facit talis gradus ſcrimitores homines, animi nobilis, & fortunatos, mulierum gratia, atq; vxoris , euadent diuites ; hi vero gradus cum Ioue, & Venere aut cum eorum amãtibus oculis, mortem eis ſponderent naturalem, ſi cum turbatis infortuniorum radijs violenter peribũt, cum Saturni, Martiſq; natura horum ſtella coincidit.

Red-

12

Reddit homines deuotos, Dei timoroſos, Sacerdotes probos,atq; Sacrorum templum gubernatores, his populorum credentur iudicia,multumq; vexabũtur ab eorum ſpiritualibus filijs,veruntamen beneficorum duorum radij, maleficos repellunt influſſus, Veneris eſt eorum ſtella,& Mercurij naturæ.

13

Hic gradus decimustertius homines præſcribit muſicos, at Venus cum Mercurio,illos ſuſcitat excellentes, ſi duo infortunia, aut eorum radij malefici, erunt inepti, infortunatiq; Veneris,& Mercurij naturæ ſtellam hi gradus habent.

14

Similiter hic gradus muſicos reddit homines, attamen Venus cum Mercurio, exulſiores comprobat illos in cantu; Iouis vero, vel Veneris præſentia, aut beneficus oculus, erunt principum muſici, & dominorum magnorum, quare omnium euadent veneratione digni, Veneris, & Mercurij naturæ hæc configuratur ſtella.

15

Multopere debiles erunt homines in coitu, fuerintq; virginum incli- nati ſtupris, ſi vero gradus illi Planetarum beneficijs priuabũtur radijs: exceſſum in luxuriæ vitium tenebunt; Saturni, Veneris, & Mercurij naturam eorum conſequitur ſtella naturam.

16

Homines facit negotiatores, magnæq; ſpei, at ſi à Ioue longè erunt, ac Venere, vel ab illorum amantibus oculis, nihil eis accidet boni, ſi duorum infortuniorũ vnum, malefico tales gradus ꝓſpexerit oculo, mortem expectabunt violentam. Ex ſe gradus aſcẽdentis violentum reſument interitum, quia ex Lunæ Veneriſq; naturæ eſt.

17

Perſpicacis ingenij multum, neceſſitoſos, lozaros mendicos futuros hic gradus repræſentat homines, facile rumores amplectentur, & rixas, verum maleficus Martis, vel Saturni aſpectus illos vulnerabit pronunq; retribuet interitum, ab his euadent euentibus peſſimis, ſi Iouis, vel Veneris præſentiam, aut amantes radios ſuſceperint, ſtella Veneris naturæ, & Mercurialis eſt.

18

Sacerdotes fęlices,ac cō-
tentos quam maximè
hic indicat gradus,ho-
mines,amicos Regum
doctoſq; verum,ſi Mar
tem hi gradus per te-
troganum, vel per dia-
metrum propter mu-
lieres vitam finere co-
nabuntur,præcipuè pu
blice, ac violenter, ſi cum fortunis fuerint,
fortunati erunt,& naturali morte moriētur,
Lunæ,Veneriſq; ſtella hæc imitatur naturā.

19

Homines architettos do-
cer,ac fabricatores,ve-
runtamen ſi præſentiā,
vel aſpectus maleficos
infortuniorum ſubſti-
nuerint hi gradus, ab
alto cadent, vel deſur-
ſum graue aliquod, ſu-
per illos dilabitur, &
conſequenter violenter
occidenter,cum Luuæ, & Veneris natura co-
rum coincidit ſtella.

Ex-

20

Excellentes muſicos, & negotiatores optimos, hic gradus denotat homines, & facilè teſtibus priuabuntur, at beneficus Iouis, vel Veneris aſpectus, eos fortunatos cum Dominis facit, malefici vero infortuniorum radij, infortunatos euaſuros credimus, Mercurij, Martiſq; naturæ eſt illorum ſtella.

21

Homines excellẽtes portendit, optimoſq; negotiatores, eorum ob bonitatem eis credentur ſecreta, ac maximè iudicum fient amici; eoq; fortunati erunt, quo Iouis, vel Veneris radios amicos habuerint; Martialem habent ſtella.

22

Homines porrigit mente captos, indęmoniatoſq; cum vero gradus ipſi Martem per tetroganum, vel diametrum in inimicorum incidẽt manibus, periculumq; mortis ſeruabunt in aquis; Iuppiter vero, Venuſque cum aſpectu benefico; tales aufert influxus; Martialis naturæ eſt eorum ſtella.

23

Homines prædicat talis gradus nautas, & libẽter vitam ducent in aquis, verũtamen duarum fortunarum benefici aſpectus, fortunatos illos efficit, in tali exercitio, ſi cum infortunijs, infortunatos, Mercurialem, Martialemque habent ſtellam.

24

Homines ſuſcitat molles tardos, pigros, ſomnolentos, exigi valores, pauciq; laboris, Mars tamen cum aſpectu benefico duarum fortunarum, ſi in illis ad fuerit gradibus, vt quoque duorum luminarium, erunt fortes, & laboris amantes, Iouis, & Veneris naturæ habent ſtellam.

25

Furioſos, litigioſoſq; homines futuros talis repræſentat gradus, quãdoq; gradus ipſis, Iouis beneficis Veneriſq; carebunt aſpectibus, erũt miſeri, & quanquam diuites, pauperes euadent, ac mendici Venerea eſt Mercurialiſque huius ſtellæ natura.

26

Scientijs pleni fuerint in hoc gradu homines, imò, & moribus probis, erunt laudabiles, ac eorum propter virtutes exaltabuntur, verum Iouis, vel Veneris præſentia, aut aſpectus beneficus, illos facit fortunatos apud Reges, & Dominos maximos; dominatricem habent ſtellam naturæ Veneris, ac Mercurij.

27

Homines pigros, otioſos, & õni carentes arte denotat, at cum gradus ipſi, maleficos ſubſtinuerint infortuniorum radios, erunt mali, atque peſſimis pleni moribus, ſi illi fuerint cum Ioue, vel Venere, vel cum eorum aſpectibus beneficis, tunc otioſi non erunt, ſed fortunati, Veneris, & Mercurij naturæ eſt ſtella.

Ho-

28

Homines prædicat fortunatos, ac diuites, territorium cenſuum edificiorumque cauſa, at duarum benefici oculi illos quam plurimum in eorum negotijs felices comprobat, Saturnus cum Marte cum turbato oculo, illorum perturbat aufertque felicitates; ex Saturni Iouiſq; natura eſt ſtella.

29

Conuocat gradus iſte homines deuotos, Deiq; amantes, Dei libenter cultum amore proſequentur; veruntamen cum Iouis beneficos aſpectus ſuſceperint, multopere iuſti fuerint, clementeſque Mars vero, vel Saturnus cum oculo turbato bona impedit omnia, Mercurij, & Veneris naturam hæc ſtella ſuſcipit.

30 Vltimus, ſeù trigeſimus iſte gradus, homines eleuati cerebri, & voluti inſanos, ſine diſcurſu,& ratione, promittit, quod tunc confirmabitur, cum omni, Lunæ Mercurij,& Martis denudabitur aſpectu, ſi vero per diametrum, vel tetroganum cum Saturno fuerit illoſq; inſpicerent gradus aſcendentis cum illis radijs peſſimis, omnium mente capti erũt; horum gradum ſtella eſt Martialis.

De Trigeſimo Libræ Gradibus.

Caput X.

DOmus eſt Veneris Libra, ſignum maſculinum aeris naturæ nempè calidum, humidum. Hic exaltatur Saturnus, ſignumq; mobile eſt primum ágreditur gradum eius Sol,& æquinoctium perficit hyemale, 21. Septembris, ac decreſcere tunc incipit dies, ma-